The Electronic *Manipulus florum*

www.manipulusflorum.com

Humilitas ae

cum fontibus primis

Humilis debet esse et uerecunda satisfactio, qua emendatur superba transgressio.

Idque interim non alibi quam ad pedes sumendum: humilis quippe et verecunda debet esse satisfactio, qua emendatur superba transgressio.

Bernardus Claraeuallensis, *Sermones super Cantica canticorum*, 4.2 (SBO 1, J. Leclercq, C.H. Talbot, H.M. Rochais eds., p.19, ll.11-13).

Nec sterilis uerecundia grata est, nec humilitas preter ueritatem laudabilis.

Bernardus super Cantica.

Nam nec sterilis verecundia grata est, nec humilitas praeter veritatem laudabilis.

Bernardus Claraeuallensis, *Epistolae*, 21.2 (SBO 8, J. Leclercq, C.H. Talbot, H.M. Rochais eds., p.60, ll.6-7).